

Während Odysseus' Irrfahrt wird der Königshof auf Ithaka von Freiern belagert. Penelope kann sich derer kaum erwehren.



## Penelope am Webstuhl

<p>O <i>Ulixes</i>, cur memoria uxoris tuae ex animo discessit? Num nescis, quot annos quantoque desiderio te expectaverim? Cum Troiam decem annos obsessam tandem captam esse cognovissem, quam felix eram illo die!</p> <p>Tum denique te intra paucos menses domum redituum mihi sperare licuit ...</p> <p>5 Cum navem aliquam ad oram <i>Ithacae</i> advenisse nuntiatum erat, te hac in nave esse putabam. Graeci, qui pugnis superfuerant, in patriam redierunt summāque cum laetitiā a suis accepti sunt. Ego autem maritum frustra expectabam. Tu non rediisti, cum non ignorem te Troiam iam ante decem fere annos reliquisse.</p> <p>10 Nescio, an alio amore captus sis ... Nec mirum – me nunc <i>veterem</i> esse verum est. Sed cur ne <i>Telemachum</i> quidem filium neque <i>Laertem</i>, patrem veterem <i>desideras</i>?</p> <p>O, utinam ne Paris Helenam rapuisset! Nisi principes Graecorum a Menelao convocati essent, ut in Asiam irent <i>ultionemque</i> a Troianis peterent, - tu domi mansisses, nos una vixissemus, Telemachum una adolescere vidissemus – beati fuisset!</p> <p>15 O quot homines ante Troiam ceciderunt, o quot coniuges, parentes, liberi timoribus doloribusque vexati sunt! Qua de causa?</p> <p>20 – Propter honorem unius viri laesum!</p> <p>Nonne viros istos nunc in <i>aulā regia</i> tuā clamare et cantare audis? Cum regnum tuum <i>rege orbatum</i> esse vidissent, multi venerunt, ut me, uxorem tuam, <i>in matrimonium ducerent</i>, ut eo modo ipsi regnarent. Si te redituum esse credidissent, hūc non venissent neque tam <i>impudentes</i> essent.</p> <p>25 Nunc autem hospitio <i>abutuntur</i>, greges nostros caedunt, vinum nostrum bibunt. <i>Etiamsi quis procorum mihi placeat, matris est</i> <sup>1</sup> regnum servare filio. Itaque dolum composui: <i>vestem feralem Laertis</i>, patris tui, <i>mihi texendam esse dixi</i>, aliter mihi <i>nubere</i> non licere<sup>2</sup>. Interdiu igitur vestem texo, sed noctu, ut nunc, clam retexo.</p> <p>30 Ignoro, quam diu procos hoc dolo decipere possim. Ignoro, quid facturi sint, si <i>fraudem</i> cognoverint.</p> <p>Voces gradūsque hominum appropinquare audio ...</p> <p>Vae mihi!</p>	<p>Ulixes, is m.: Odysseus</p> <p>Ithaca, ae f.: Ithaka</p> <p>vetus: alt (kons. Dekl.) Telemachus, i m. ; Laertes, is m. (Eigennamen) desiderare + Akk.: sich sehnen nach jmdm. ultio, ultionis: Rache</p> <p>aula regia, ae f.: Königshof des Königs beraubt (verwaist)</p> <p>in m. ducere: heiraten (vom Mann aus) impudens, ntis: unverschämt</p> <p>abutor, abusus sum (Deponens): missbrauchen vestis feralis: Totenkleid nubere : heiraten (v.d. Frau aus)</p> <p>fraus, fraudis f.: Betrug, Täuschung gradus, ūs: Schritt</p>
---	--

<sup>1</sup>Auch wenn mir irgendeiner der Freier gefallen sollte (Konj. Präs. Potentialis), ist es die Aufgabe einer Mutter...

<sup>2</sup>Ich habe gesagt, dass ich ..... weben muss, ansonsten sei es mir nicht gestattet, zu heiraten.

Grammatikpensum: Aci / VZ, GZ, NZ

Zeitformen allg. (es ist alles vertreten!!!)

Schwerpunkt: Konjunktiv im HS und im NS (incl. indirektem Fragesatz);  
consecutio temporum

Interpretationsaufgabe:

Bestimmen Sie die Textsorte. Belegen Sie am Text!

Beschreiben Sie die Verfassung Penelopes. Untersuchen Sie dafür die sprachlich- stilistische Gestaltung des Textes.